

(123) **LOTUS GLABERRIMUS.** L. pedunculis brevissimis unifloris, leguminibus linearibus compressis, caulinibus diffusis, foliolis obovatis calycibusque glaberrimis. ♂. *Lotus coimbrensis*, *Wild. sp. 3. p. 1390. non Brot. nec Balb.* Patria mihi ignota. Species in hortis confusa cum *Loto conimbrexi Brot.* quem nomine et phrasi sequenti distinguam.

**LOTUS ARISTATUS.** L. pedunculis brevissimis unifloris, leguminibus teretibus gracilibus arcuatis, caulinibus diffusis, foliolis ovalibus acutis calycibusque apice pilos 1-4 longos gerentibus. ♀. *Lotus conimbreensis*, *Brot. fl. Ius. 2. p. 118.* *Lotus coimbrensis*, *Balb. misc. alt. 24. non Wild.* Hab. in Lusitania prope Conimbram et Ulissiponam, in Gallia australi circa Forum-Julium et in Ardneuæ sylvæ limitibus, loco dicto *Ensival*. Flores ut in priori albi cum carina purpurea.

(124) **LOTUS SERICEUS.** L. leguminibus ovatis in capitula subrotunda aggregatis, caulinibus erecto-cœspitosis tomentosis, foliis ternatis villis adpressis sericeo-incanis. ♂. Hab. in apricis lapidosis Galloprovinciæ orientalis et Liguriæ. *Lotus tomentosus*, *Rohde, neu. journ. Schr. 1809. p. 42. in not.* *Lotus hirsutus incanus*, *Lois. not. p. 116.* *Frutex humilis a basi multi-caulis*, *Loto hirsuto valde affinis*, sed distinctus canescenscia sericea e pilis foliorum adpressis candidisque orta. In horto seminum ope cultus per tres annos ne minimam quidem alterationem subiit; in ipsissimo solo et loco *Lotus hirsutus* habitum caracteresque suos servavit.

(125) **LOTUS SESSILIFOLIUS.** L. leguminibus 3-6 capitato-radatis teretibus glabris, foliolis subcarnosis linearibus basi angustatis canescensibus, stipulis foliiformis, caule fruticoso. ♂. Hab. in Teneriffa, unde semina retulit el. Broussonet. Species affinis *L. glauco* et cum eo ab hortulanis interdum confusa, sed distinctissima duratione pérenni nec bienni, caule fruticoso nec herbaceo, foliolis longioribus et angustioribus, floribus numerosioribus majoribus, leguminibus cylindricis nec isthmulis quasi articulatis.

(126) **LYCHNIS CŒLIROSA.** Hæc elegans species male inter Agrostemmas Linnæi seu Lychnides capsula uniloculari nostras collocata fuit; habet enim capsulam quinquelocularem. Var. β., diffusa hic dicta, a *Cœlirosa vulgari* differt caulinibus minoribus diffuso-procumbentibus apice ascendentibus.